Revme Pater.

Ad tollendas Voluntarias interpretationes circa Constantem possessionem in ferendis Suffragijs, quam debent habere, qui non sunt Expositi ad Confessiones Sacramentales Secularium suo tempore suscipiendas; ad hoc ut Voce activa fruantur, prout in nuperrimo Capitulo Generali fuit enunciatum, declaratione presenti declaramus id hoc modo esse intelligendum. Quod nempè illi dumtaxat censentur esse in Constanti possessione ferendi Suffragium in electionibus Priorum, ac Sociorum Prioris euntis ad Capitulum Provinciale, qui sepiùs elegerunt, et annum quadragesimum etatis suę attingunt: hos namque dispensamus ab Examine pro audiendis Confessionibus, et decernimus ipsos gaudere Voce activa in prędictis Electionibus: qui vero non adhuc attingunt etatis suę annum 40. etiam si pluries elegerint, volumus, et districtè mandamus, ut intra spatium sex mensium à die publicationis presentium computandorum Examini se subiiciant non secus ac pro alijs post absolutum studentatum in dicto Capitulo Generali prescriptum est: quod si vel recusaverint subire Examen, vel in eodem non fuerint approbati, declaramus illos quoad uixerint, Voce activa privatos. Hanc porrò declarationem, quam de Consilio preriorum Patrum fecimus, omnino observandam esse, et in praxi reducendam tenore presentium decernimus.=

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

B

AVSA

Reu[mu]me Pater.

pectus, quod n[on] significat debitu, sed majore conuenientia[m] ...

AVSA